Partis presentia. et sic tenet hic Bar. q̄ ratihabitio pōt fieri absente parte et valz vide Ly. i. l. in fraudē. in fi. C. ne quis in frau. patro. vbi dicit q̄ ia. de are. et p̄e. tenet q̄ valet: adde bart. in. l. quo. n. in fi. circa pn. rez. ra. ba. et in. l. certū. s. fi. q̄ absentez. de cōf. Ang. in auc. de her. et. fal. s. h. vero.

Pompo p nius. le mel ap. probat. qd est approbatū non pōt i probari. vel cōtra p bar. in. l. dispēla. torē. j. de fo. et vide. j. e. l.

In pendenti ficta. Aduerte ad hanc singularem doctrinam quam hic ponit bar. et in l. i. C. de pac. q. quoties ius vel actio competit alicui sine facto suo puta ex dispositione. l. vel statuti: aut ex testamento tale ius vel actio renunciatione potest extingui ipso iure simplici renunciatione eius cui acquisitio est facta. tamen hoc non videtur verum in actionibus que acquiruntur ex delicto il- lato et sunt rei persecuto. ex pte acto. ris vt condi- tio furtiua et l. aq. l. e qua- tenus datur ad verum da- num: q. non tollitur ipso iure. etiam per pactum de non petendo. l. si tibi. §. q. d. §. et ibi bar. §. de pac. et ibi glo. et bar. j. proxi. itez si dicta doctri- na esset vera sequeretur q. si ego gessi negocium alie- num re ipsa alicui furio- so vel igno- ranti actio q. sita possit tol- li simplici re- nunciatione et cu hoc co- tra tex. h. et glo. item co- tra hoc facit l. si absentis C. si cer. pe. et qd ibi no. in addi. vbi similit actio absentis vel ignoranti q. si- ta sua repu- diatione non tollitur ipso iure directa certi p. ditoe v. si forte dici potest regu- laz esse in co- trariu. d. §. quedam. et me- li. §. i. l. si vn. §. pactus. e. ti. fallit tamen quando actio est quesita ex testamento vel vltia vo- luntate: quia secuta repu- diatione sin- gulari legatu- num q. fuisse factu. l. pin- de. §. fin. j. si cer. pe. et l. le- gatarius. §. i. de lega. i. secundo fal- lit in actioe que dat ad meram vin- dictam vt est actio iniuria- ru. d. §. que- dam. non so- lum p. pactu- de non pete- do tollit ipso iure et etiam simplici re- nunciatione

telligit de ratihabitione facta etiaz parte non pre- sente. Et ad hoc aduertendu q. ex hoc colligit quedam differentia inter ratihabitionem et manda- tum. Nam cum mandatu sit quidam contractus qui non potest geri inter absentes nisi interuenie- te nuncio vel epistola: vt. l. i. §. de p. cura. ratihabi- tio vero non est contractus et pendet ex mera volun- tate ratum habentis. merito fit absente parte non interueniente organo. Hoc igitur premisso p. declaratione litteraru reuoco in dubium: vtrum actio possit esse in pendenti. Ad qd respondeo si queris vtru aliquid sit in pendenti respectu p. sentis status: et certu est q. non: vt insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostib. et ibi no. et p. doc. in. l. si. C. de sen. pal. Si vero queris respectu fu- turi euentus tuc res possunt esse in pendenti vni- uersaliter loquendo. En autem actio possit esse in pendenti ex aliquo futuro euetu alio q. ex vo- luntate parti. et dic vt in. l. usufructus. j. de stip. seruoz. et l. si. j. comunia pre. vbi tex. et glo. tan- git. Si vero queris an possit pendere ex volunta- te parti. tuc sumus in materia nostra. et dic aut queris de voluntate eius qui est futurus obli- gari. et est iniquu q. pendeat ex voluntate eius: vt. l. ticio. in fi. de n. ob. et l. cetesimis. in fi. co. ti. et j. de act. et obli. l. si sub hac. et C. de corrahen. emp. l. in ementis. et j. de reg. iur. l. in personam. §. generaliter. Hur queris de voluntate eius cui actio debet queri. et tunc potest esse in pendenti vt hic fm p. po. et h. ea que. §. dixi. Sed circa hoc est aduertendum. Nam quadoq. actio pot. esse in pendenti vere: vt quado alicui defertur a testatore vel a lege sub conditione si voluerit. ex- plum quando a testatore habes in. d. l. si ita re- lictum. §. illi si volet. j. de leg. i. Item exempluz a lege pbatur in negocio qd est nostrum ratiba- bitione tantu. pendet enim actio ex volutate do- mini. in. l. si pupillus. §. itez queritur. §. e. et glo. hic tenet et l. dispensatorem. j. de solu. Ad idex. C. de iure emphi. l. ij. vbi per cessationem cano- nis seu solutidis cadit a iure suo si dominus vo- luerit. Simile in hereditatis petitione que com- petit alicui si hereditate voluerit: sed illud non e proprie exemplum: quia ante aditionem non est ce- lebratus quasi contractus ex quo debz sibi oriri ius. Quadoq. actio e in pendenti ficta ex volun- tate eius cui debet queri: vt quado defertur ali- cui nec requiritur eius scientia vel ignorantia et sic non requiritur eius volutas vel approbatio. et tunc absentis statim queritur. sed si postea illam repudiaret fingeretur non quesita. Exempluz in legato cuius actio queritur legatario a tempore mortis: sed si repudiat fingitur retro nunq. que- sita: vt. j. de co. di. insti. l. si quis ita. et ibi not. Ita in pposito in negocio qd est nostru re ipsa ipso gestu cura et sollicitudine querit nobis actio. licet ignorantibus: vt. l. iiii. §. si furiosi. §. e. et ibi patet. tamen si dominus postq. cognouit repu- diat qd facit ratum habendo qd gestum est q. male gestum fingitur actio non nata. p. hoc. C. si cer. pe. l. si absentis. et hoc modo intelligedo qd hic dicitur q. actio est in pendenti. intellige fite in istis tribus generibus negocioz. Si no actio defertur alicui ex suo contractu vel ex aliquo suo facto. illa non est in pendenti ex voluntate alicui

creditorio nuda voluntate. l. non solum. §. si. cum. l. se. §. si autem ad iudicem. j. de iniur. et insti. de iniur. §. si. et tenet glo. b. in d. nuda voluntate et bar. h. et idem videntur tenere cano. in. c. cum te. de re iudi. licet glo. sen- tiat contrarium in. d. §. si. quod tollatur ipso iure per pactum de non pe- tendo non autem nuda voluntate. Tertio salit quando actio est quesita solo consensu et res est in- tegra: quia tunc tollitur ipso iure per pactum de non petendo. l. ab emptione. §. pact. et insti. qui. mo. tol. obli. §. si. non autem tollit ipso iure nuda voluntate creditoris: quia hoc non est iure cau- tum. et ad p. dicta facit. l. idem in duo- bus. in. §. si. cu. l. se. et qd ibi no. et l. i. et heredi. §. nos aut. de pac. no. bar. in. l. non solu. §. si. et ratio- nis verba. §. lib. leg. vbi no. q. si cre- ditor facit pa- ctum de non petendo de- bitori absen- ti illud pactu- non nocet cre- ditori: ergo multo min- nocet sim- plex repudia- tio actionis: et hoc in ac- tione perso- nali. vnde p. dicta cu. v. hic bene ponde- ra-

quia volutas iam affuit. p. hoc optime. j. de do- na. ca. mor. l. ei. q. et ibi no. Et ex hoc apparet q. contractus emptionis et venditionis et similes nuda voluntate non tolluntur: nisi vtriusq. consen- sus interueniat. Item predicta que dixi actione pendere ex voluntate eius cui defertur intelligas si ei defertur ad comodum suum tm. si enim ad comodum eius et alterius: est iniquu q. ex vnius voluntate p. deat et q. alteri possit preiudicare. ar. §. l. p. xi. et l. cu non solum. §. i. et §. vbi aut. C. de bo. q. libe. et l. eius qui in potestate. j. §. acq. here. Et ex hoc pompo. dixit actionez tolli per ratihabitionem. intelligas de actione directa que competeat vel p. petitura erat ipso domino ra- tum habenti. non de contraria qa in alterius pre- iudicium ratu habere non poterat. et ita declarat iurisconsultus in fine legis. C. Sum expeditus de primo membro. Venio ad scdm dicitur h. q. actio iam nata non potest tolli nuda voluntate. Contra. j. de solu. l. dispensatorem in fi. So. ibi actio non tollitur: sed eius natiuitas impeditur. pendebat enim actio ex voluntate ratum habentis. et ita debet exponi ibi tex. C. Secundo oppo. Glo. insti. de iniur. §. si. So. eod. modo. ibi vel actionis natiuitas impeditur: vel fingitur retro non nata. Erat enim de his que p. debant ex vo- luntate alicui. vere vel fite h. ea que dixi supra. C. Oppo. glo. de. l. si tibi. §. quedam. §. de pac. Sol. put intelligis prin. legis fm Azo. ibi loqui- tur in pacto. et sic in voluntate non nuda. hic in vo- luntate nuda loquitur et hec est vera. Sed prout intelligis fm Jo. q. ratihabitione fuit facta presen- te parte et sic cadit in speciem pacti. tuc solue q. ibi in actionibus descendibus ex delicto que nudo pacto tollunt ipso iure. hic in his que de- scendunt ex contractu vel quasi. Sed precedes e- venor. habes ergo q. in casibus in quibus actio est in pendenti vere vel fite. potest actiois natiui- tas ipediri vel fingi non nata ex nuda voluntate vnius: als secus. Quero ergo quid appellatur nuda volutas. Glo. hic super uerbo voluntatem videtur intelligere nudam voluntate. s. a p. sentia alterius partis. Quod satis est bene dictum. dic- tam melius q. sicut pactu dicitur nuduz quod stat in nudo nomine conuentionis nullo alio sup- addito: vt dixi in. l. iurigen. §. quinimo. Ita vo- luntas dicitur nuda que stat in suis principijs nude voluntatis: non addita sibi presentia partis que facit illam voluntatem cadere in pactum: vel non addito sibi alio noie a iure q. faciat eum ca- dere in noie contractus. Exemplum in actioibus que electione tolluntur. Nam fit nuda voluntate electio non superaddito aliquo. et hoc modo ele- ctio pot. nuda voluntate tolli: ut. C. de codicill. l. si. et qd no. insti. de leg. §. sed nostra. Quadoq. ope exceptiois tollitur electio: vt. C. de furtis. l. i. facit qd no. in. l. qd in heredem. §. eligere. j. de tribu. Venio ad h. sed supius in prima glo. le- gitur q. istud sit dicum pompo. Alij dicunt q. est dictum seculo limitantis pompo. et hoc tangit in secunda glo. circa medium. et in h. si. ceterum. glo. super h. bo. recipia. in fi. Et omnes isti intel- ligunt q. per simplicem remissionem non videat esse remissus dolus qui commissus erat in ipsa ge- stione. Hi. de ma. dicit q. dolus preteritus pot.

remitti sicut culpa: vt. s. de pac. l. iur. i. §. si paciscar. Et ideo si dñs sciisset dolum commissum ratum habendo tolleretur actio. Intelligit ergo hic qd dolum malum absit. hoc ē ne committat dolum in hoc qd dñs ratū hēat. Et sic intelligit de dolo commissio in ipsa ratihabitioe. Et te dictum istud in quātum reprehendit glo. nō placet. Nam ratihabitio retrotrahit et mandato pparatur: vt in. l. si. C. ad mace. z. l. semper. j. de regu. iur. z. in. c. rati habitio. extra de reg. iur. li. vi. z. ipsemet dicit qd per rati habitioes fingitur actio retro nō nata: vt in precedēti vbi vidistis. Sed si mandatum ab initio intercessisset nō posset videri dolum futurus remissus. ergo nec p rati habitioe. Preterea. ll. expresse volunt mandatu dolo si qd per generalia verba nō videatur remissus dolum vt. l. aurelius. §. gaia. de liber. le. z. per Ly. de transac. l. sub pretextu. in vlti. q. In eo sō qd intelligis hunc ver. in dolo commissio in ratihabitioe dicit verum. Lū enim actio negociorū gestorū sit bonafidei: vt. l. si pupilli. §. si. s. eo. illud qd operat dolum si adhiberet i constructio ne ipsius actus. qd distingueretur vtrū dederit causam contractui vel quasi aut fuit incidens: vt. l. ab emptione. de pac. z. ibi plene de hoc dixi. C Sed circa hoc est videndū quomodo dolum posset dare causam ipsi gestio ni. Rñ. vt colligitur ex glo. si. s. e. l. si pupilli. Sed dicit qd dolum potest incidere vel causam dare in hac ratihabitioe. Rñ. si cū dominus nō haberet animū ratū habendi dolo induxi eum vt ratum haberet: tunc dolum dedit causam. Sed si ipse volebat remittere ratū habēdo: tamē nō simpliciter nisi recepta pecunia: vt aliquo alio interueniente. ego dolo induxi: vt sine aliquo face ret tūc dolum fuit incidens z iudicabimus tanq̄ de dolo incidēti sō no. in. d. l. eleganter. §. i. de dolo. C Venio ad ver. sceuola: vt dicit glo. prima hic sceuola apte dicit cōtra pompo. z ideo iste ver. nullus dubium habz sed dubitationē recipit ex sequēti. Nam glo. intelligit qd in totū contradicit pompo. Mā. de ma. dicit qd nō in totum ptradicit. imo dictū eius distinguit z limitat. qd apparet ex sequenti s. Venio igitur ad s. sed eo dicto. glo. intelligunt. qd ista sunt verba pompo. z hic ponat ratio sui dicti. Mā. predictus intelligit qd hec sunt verba sceuole: z debēt iungi precedēti ver. hoc modo vt dixi in casus positione. ex hoc s. habes notare qd nō possuz reprobare semel approbatū. C Circa hoc glo. oppo. z solue vt habes in ea. dic plene p By. in. c. quod semel placuit z. extra de reg. iur. li. vi. plenius per Ly. in. l. sicut. C. de ac. z obli. tetigi vobis. j. pmodati. in. l. in cō modato. §. sicut. C Sed quero quid ecouerfo vtrū possum approbare semel reprobatū. videtur qd sic. s. e. l. si pupilli. §. item queritur. in glo. que incipit imo manda ti. Ad idem extra de procura. c. licet is. li. vi. z videtur expressum in. l. quo enim. §. i. j. rez ra. ha. p hoc oēs. ll. que dicunt qd postq̄ quis elegit vnā rem. z sic videtur aliam reprobare potest variare z aliam eligere: vt. l. eū qui certarū in si. j. de verb. obli. z. l. si ita stipulatus fue ro stichum aut pamphilum. e. ti. In cōtrariū videtur casus in. l. dispensatorem in si. j. de de solu. glo. ibi videtur dicere qd post reprobationē nō potest ratum habere. f. ad actionē consequēdam: sed ad exceptionē sic vt in cōtrarijs. Spec. in ti. de defensore. §. i. s. s. pone. dicit qd post reprobationē nō possū approbare ad mei cōmodum: sed ad mei preiudiciū sic. per ista dicta nō solūtur argumēta cōtraria. Nam etiā quo ad actionē possum eligere rem quā semel repudiāui aliam eligēdo. Item quo ad mei cōmodum possum ratū habere: vt. l. quo enim. §. i. j. rem ra. ha. Bicēdum est ergo quā doqz reprobatio mea trahit secum executionem tunc postea nō possum reprobare nec variare. Tex. est in. l. apud auidium in si. de op. le. z no. in. l. huiusmodi. §. stichum. j. de leg. i. z ita loquitur. l. dispensatorem in si. j. de so. statim enim post reprobationē secuta est executio

io iuris: vt ibi dicitur. z hoc verum qd nō potest haberi ratum quantū ad actionem: sed quantū ad exceptionē sic: vt. d. l. quo enim. §. iul. j. rē ra. ha. z no. in. d. l. dispē satorum. Si sō reprobatio non trahit secū executionē tūc pōt variari re integra. Ita debet intelligi quod no. in. d. §. itē querit. z. c. licz is. extra de pcur. li. vi. Et per hoc quod Spe. dicit in. d. ti. de defensore. §. i. nō puto eum verum dicere. C Quero vtrum sicut ratihabitio re trotrahitur z mandato cōparatur. ita reprobatio retro trahetur z phibitioni comparetur. Rñ. in his que pen dent ex voluntate nostra libere: vt in negotio quod est nostrum ratihabitioe puto retrotrahi reprobatione: eadē ratione qua dicimus de ratihabitioe. p hoc. d. l. dispensatorē in si. In negotio quod est nostruz altero de tribus modis reprobatio nō pōt retrotrahi ad in cōmoduz gerētis sicut nec ratihabitio: ut dixi. s. e. l. §. videndum. Non enim pōt tollere actionē contrariam: vt. j. e. l. in si. Ad hoc enim tendit reprobatio z prohi bitio. f. ad gerētis incōmodum: vt. s. e. l. proxi. z. C. e. l. vlti. Quātum sō ad preiudiciū reprobantis talis re probatio nō tendit in istis tribus generibus negociorū ideo de hoc nō est querendum. C Venio ad s. z quē admodum. Iste ver. sō omnes cōtinet dictuz sceuole cōtra pompo. quidā dicunt in totum contra pompo. ut glo. Quidam distinguēdo dictum pompo. ut Mā. ut dixi. s. in positione casus. Et ex isto s. habemus duo genera ratihabitōis. primo est ratihabitio necessaria. secundo ratihabitio volūtaria: C Pro huius declara tione intro glo. Et quero vtrū sup hoc debēt esse duo iudicia. vnuz quo quis cogat habere ratuz. aliud quo agatur actione negociorū gestorū. Et vtruz cogat quis precise habere ratum an liberetur soluendo interesse. Hzo videtur dicere qd debent esse duo iudicia z qd in tribus generibus negociorū cogatur habere ratuz pre cise in eo quod est nostrū ratihabitioe liberetur soluē do interesse. C Mo. diligenter illud quod dicit qd ad hoc agat ut ratuz habeat: z sic sunt duo negocia. put loquitur in ratihabitioe necessaria. In quātum dicit qd cogitur habere ratuz per officium iudicis anteq̄ cogatur p actionē negociorū gestorū. dico qd nō est neces se qd lex ipsa habet hoc p rato: ibi necesse est apud iudi cem p rato haberi impersonaliter loquit. q. d. ipse iudex z quis alius: nō dicit qd sit necesse qd per partem ratum habeatur: z hoc tenet guil. qd placet. f. qd nō sit necesse a iudice hoc impetrare cuz fiat per legem: vt. l. que sub cōditione. §. si. de condi. insti. z. l. i. in si. j. ad municipa lea. Sed si pars hoc vult petere qd per iudicē declaref: puto qd possit sicut pōt petere declarari sententiaz nul lam: vt. l. i. s. de ser. z dixi in. l. expressim. de appel. z in hoc no. multuz glo. istam put hec glo. loquitur in alio genere negociorū. f. qd est nostrū ratihabitioe non vi deo qualiter pcedatur. aut enis loquitur in casu in quo quis cōpellit habere ratum. z tunc cōpellatur precise: quia vbicūqz quis tenet ad factum ex. l. dispōne cōpel litur precise: vt. l. stipulatio. §. i. j. de ope. no. nū. z qd vī aut clam per totum. z. j. de rei ven. l. qui restituere. In casibus vero in quibus nō compellit nō potest agi con tra eum vt ratum habeat. sed forte pōt agi cōtra alium qui hoc promississet. f. dominū ratum habiturū: vt pro batur in. l. si indebitū. j. rē ra. ha. z predictū modū agē di. f. vt quis sit certus vtrum habeat ratū dominus vel non. habetis in. l. iul. §. si quis colludēte. j. de ac. empt. C Secundo p declaratione legis z glo. quero in quo genere negociorū loquat ista regula. f. qd vtiliter gestuz cogatur habere ratum. Joā. qd in omni genere nego ciorum etiā quādo est nostrum ratihabitioe: vt. s. e. l. si pupilli. §. si ticij seruum. C Sed contra hoc op. j. de solu. l. dispensatorem. So. dicit Jo. ibi nō volebat ge stor cogere ad ratuz habendū. C Item op. qd sō hoc si gestor vendidit rem meam precio cāriori cogor ha bere ratum z sic perdam inuituz dominū rei mee con

C In. l. dis pensatorez. Cide supra qd no. bar. f. rubrica. C. d. phen. emp. i. j. q. z vide que dixi i. d. l. dispensa tores. bC Cogatur habere ratū qñ quis cogat ratū habere qd vti liter gestū ē. adde bar. in. l. quāuis cū se. ff. lo. ma. z ibi ponit aliū casuz. et adde qd no. bal. in. l. si ab sentes. in. ij. col. C. si cer. pe. z bal. i. l. i. j. oppo. C. qd admit ti. z qd bal. ē corrupt. vī de ibi Ly. in. v. oppo.

tra. l. id quod nostrum. de regu. iur. So. dicit Jo. cogor habere ratum quod ad hoc ut gestori teneat ad sumptum non quod ad amissionem dominij: adeo quod si gestor conveniretur de evictione non haberet regressum contra dominum. Item dicit glo. ista opi. Jo. non placet: quia si in l. dispensatorem. esset in arbitrio gestoris cogere dominum ad ratum habendum vel non penderet actio ex voluntate eius cui queri debet. Preterea qui vendit rem meam licet cariori precio: si ego nolo non facit utiliter: immo facit deteriori conditione meam: ut. l. si. de usu. et hab. merito non possum cogi ratum habere. Item contra Jo. facit. l. si pupilli. §. item queritur. §. e. Sed ad illud posset responderi pro eo: quia ibi loquitur quando negocium est meum nec res super qua geritur: sed in. q. proposita licet negocium non esset meum. erat tamen res mea que vendebatur. Sed propter predictas rationes non placet dictum Jo. Examinemus glo. ergo latius. Et pro istorum declaratione latius videamus de ratihabitione voluntaria et necessaria. Et primo de necessaria que fit quando utiliter gestum est negocium alicuius ut hic in tex. quod est verum in negotio quod est nostrum altero de tribus modis et dixi. §. In negotio non quod est nostrum ratihabitione. dic aut quis facit id quod dominus consuetus erat facere utiliter et tenetur ratum habere. or. l. si. quod cum eo. et. l. vel uniuersorum. de pig. act. Si vero non erat consuetus facere: et tunc aut si factum non fuisset res erat peritura et cogitur ratum habere: ut. l. si pupilli. §. si ticij. §. e. si intellectus glo. aut non erat res peritura. et non cogitur ratum habere: ut. l. dispensatorem. in si. de solu. et quod no. in hac. l. circa finem tertie glo. non ob. opi. Jo. posita in hac glo. Et hoc semper intelligo quando negocium fuit gestum nomine domini. Alias licet ad eum pertineat altero de tribus modis non habetur pro rato ut ratihabitione retrotrahatur et mandato comparetur. sed tenetur solum in quantum factus est locupletior: ut. §. e. l. si pupilli. §. sed si ego. ver. eodem loco. Et effectus istius ratihabitionis necessarie est ut quis videatur approbare factum non qualitatem facti. unde si male esset factum posset agi. hoc expresse dicit iste ver. si bene intueatur: ut. §. posui casum. Item per hanc ratihabitionem non videtur remissus dolus vel reliqua: ut. §. in ver. sed superius. et. j. pxi. §. ceterum. ¶ Venio ad ratihabitionem voluntariam ut in negotio quod est nostrum ratihabitione: vel in negocijs que pertinent ad nos altero de tribus modis cum quis habuit sponte ratum. Et accipio istum secundum casus in quo loquitur lex ista: aut ratihabitione fuit facta dolose et quid iuris sit dixi. §. in §. sed superius. Aut est facta ex certa scientia aut per errorem. primo casu aut fuit facta simpliciter. et tunc videtur approbare factum non qualitatem facti. nec remittere dolus vel reliqua sicut in ratihabitione necessaria cui equiparatur ut hic. Aut fuit facta approbatio de facto et qualitate facti. et tunc tollitur actio contra gestorem in omnibus que omissa essent culpabiliter. Non enim potest venire contra ipsum quod approbatum est ut hic in principio secundum pompo. et in §. sed eo dicto. hoc voluit dicere secunda glo. in si. que distinguit aut habuit ratum per verbum aut per aduerbium. Per verbum enim significatur factum. per aduerbium significatur qualitas facti: quia eius natura est qualificare verbum. et similes distinctionem facit glo. no. C. si ma. fa. ra. ve. ha. l. ii. quas distinctionem no. ad multa. Non enim sequitur si habeo ratum factum. ergo qualitatem facti. facit ad ea que dixi in. l. arbitro. §. qui satisfare cog. Non autem videtur remissus dolus et culpa vel reliqua per generalem remissionem nisi exprimat: ut. §. dictum est. Nec ratihabitione potest tollere contrariam competentem gestori: ut hic in fine. Si vero facta est per errorem tunc non preiudicat. non enim videtur remittere id quod ignorat: ut. l. mater. de inoffi. testa. et ita sentit glo. iij. circa fi. Circa hunc tamen errorem distinguam plenius statim: et semper intelligas

si est gesta nostro nomine. alio non preiudicat: nisi quatenus quis factus est locupletior ut dictum est. ¶ Alterius est videndum in negotio quod est nostrum ratihabitione. et hic articulus distinguendus est in tres casus quia aut gerens gestit nomine nostro aut nomine suo aut nomine alterius. Primo casu aut negocium nullo modo potest ad nos pertinere. et ratihabitione nihil operatur: ut. l. si pupilli. §. qui ergo. §. e. Aut ad nos potest pertinere. et tunc ratihabitione retrotrahitur et negocium nostrum facit: ut. d. l. si pupilli. §. item queritur. §. e. Aut est nostrum nomine gerentis. et tunc aut queris utrum ratihabitione trahat negocium ad nos: et non potest facere: quia non est gestum nostro nomine: ut. d. l. si pupilli. §. sed si ego. §. e. Aut queris utrum voluntas nostra trahatur ad negocium. ita quod iuri nostro preiudicetur. et hoc potest fieri: ut. l. si fundus. §. i. j. de pig. et. C. de rei ven. l. mater. et. j. de pig. act. l. aliena. in principi. Aut queris utrum ratihabitione nostra possit esse nostrum negocium. ex quo oritur nobis actio negociorum gestorum. Et dico quod sic ut. l. mater. C. de rei ven. et. l. si. cum seruus. j. si cer. pe. et ibi dixi plene. et. j. e. l. si. ubi dixi non posse haberi ratum ut negocium traheretur ad nos. Intellige nisi in subsidium: ut. d. l. mater. C. de rei ven. et. j. e. l. si. Tertio casu quando est gestum nomine alterius: et tunc si ad illum potest quoquo modo pertinere re ipsa: nostra ratihabitione nihil operatur: ut. l. si pupilli. §. sed si ego. §. e. Si vero ad alium nullo modo potest pertinere. tunc glo. §. e. l. si pupilli. §. si ticij seruus. videtur dicere quod possit haberi ratum: sed ibi loquitur in negotio quod est nostrum re ipsa: vel si intelligis ratihabitione ibi erat ideo: quia res erat alias peritura: et predicta de ratihabitione ex certa scientia. ¶ Quid si fuerit ratum habitum per errorem. dic aut fuit erratum in substantia facti: quod erat venditio et putabat esse locationem vel similia et non nocet ut. l. si. C. plus valere quod agitur. et de re. alie. non alie. l. ij. aut fuit erratum in qualitate facti et tunc potest esse talis qualitas que inducit mutationem in substantia: ut si credebam esse venditum meo nomine et vendideras tuo nomine. et una venditio differt ab alia realiter. tunc etiam non preiudicat: ut no. in. d. l. mater. C. de rei ven. et. §. e. l. si pupilli. §. sed si ego. In glo. super verbo agatur. Quandoque erratur in simplici qualitate: et tunc non preiudicat in eo quod erratur secundum ea que dixi supra in ignorante qualitate facti: ut hic no. circa finem secunda de glo. Quandoque erratur in iure quia putat quis ratihabitionem non preiudicare sibi cuius preiudicet. et tunc subuenitur sibi ope replicationis: ut no. in. d. l. si pupilli. §. sed si ego in si. glo. §. pxi. alle. ¶ Quero postquam alius scit negocium gestum et tacet utrum taciturnitas habeatur pro ratihabitione seu contradictione. Doc. tangunt in. l. si absentis. C. si cer. pe. dixi plenius. in. l. quo enim. §. i. j. rem ra. ha. ¶ Quero infra quantum tempus debeat haberi ratum. dixi in. l. bonorum. j. rem ra. ha. ¶ Quero utrum id quod factum est per aliquem tanquam per nuncium possit ratum haberi. Doc. tenent quod non. C. si quis alteri uel sibi. l. multus. ¶ Quero utrum illud quod factum est per procuratorem reuocatum possit haberi ratum. videtur quod non quasi semel sit reprobatum: ut. l. dispensatorem. in si. de sol. Contrarius puto. ibi enim fuit reprobatum factum. que reprobatio habuit statim executionem ut dictum est supra. Dic non reuocatum fuit mandatum et sicut nihil prohibet mandatum nouum institui. ita nihil prohibet factum post reuocationem ratum haberi. ¶ Ultimo quia si dicitur quod utiliter gestum debet pro rato haberi. quero qualiter intelligatur utiliter. Resp. determinatur in sequenti. §. et sibi hoc videbitis.

Is autem. Sufficit negocium utiliter esse gestum respectu domini. licet effectum ut lem non habuerit. h. d. C. No. quod negocius dicitur utiliter gestum respectu domini ad quem spectant

negocia non respectu gerentis vel rei geste: vt. l. si pu-
pilli. §. sed et si q. ita. s. eo. Et ex hoc apparet q. quam
do formatur articulus ad pbandū debet concludi q.
vile erat dño sic geri. Puto tamē q. si articulus con-
cluderet q. sic geri cōiter eēt vile sufficeret nisi dñs ex
aduerso probaret sibi vtile nō fuisse vt h. inuit. rex. ibi
quasi impar sumptuuz vel sibi non est necessarium zc.
Secūdo no. q. licet derelinquere domuz nec quis co-
getur eam reficere si derelinquere vult. C. Op. j. l. pri.
Sol. fallit in casibus ibi positis. C. Querit glo. de vna
questione. dic vt in ea.

Ex. l. sequenti.

¶ An ille qui dimisit equū in pascuis teneat dño.

¶ In negocia. Gestor tenet de dolo
z culpa. Item de casu
si negocia insolita inchoauit ad dñum in vno
compensatur cū lucro in alio. hoc dicit. Facit ad qñē
quā format Guil. de cu. in. l. nec nō. §. si quis sepius. j.
qui. ex cau. ma. Quid si sterit sex mensibus vnus anni
z sex mensibus alterius. dic vt ibi per eum. C. Op. q.
non tenetur nisi de dolo z culpa: vt. s. e. l. iij. §. inter-
dum. Solu. ibi erant negocia deserta: z ideo dic vt ibi
dicat glo. C. Op. q. als tenetur de casu fortuito: vt. s.
e. l. si pupilli. Sol. vt in gl. quā vide z signa. C. Venio
ad finem. C. Op. ista negocia pertinent ad dominum
rati habitatione. ergo potest approbare illud negocium
quod vult approbare: z aliud reprobare quia voluntas
imponit finem: vt. l. tutori. C. e. Sol. q. imo totū debet
approbare vel reprobare: vt. l. gaus. j. de vsur. z. l. cu
queritur. de admi. tuto. z. s. de procur. l. in cause. Non
ob. l. tutori. C. eo. quia ibi loquitur de voluntate gestor-
is quam habuit ab initio non de voluntate domini.
C. Op. q. ista lex cōtradicat sibi. Nam primo dicit
q. ad dominū spectat comodum ad gestorem dñm.
postea dicit q. compensatur lucrum cum damno. z sic
ad dominū spectabit dñm. Sol. dicit quidam q.
principium loquitur quādo dñm z lucrum cōtingit
in vna re. finis quādo in diuersis. Ista nō est vera: q.
proprie in vna re nō potest esse damnum z lucrum sed
dicitur lucrum deducto dño: vt. l. mutius. j. p. socio.
Nec in vna re dicitur proprie compensatio: sed magis
computatio seu calculatio. ideo alij dicunt z melius q.
primū dicitur loquitur quando in ipsa administratiōe
contingit lucrum tm̄ facta compensatione vel dñm
tm̄. finis loquitur quando in eadem administratione
contingit lucrum z damnum in diuersis rebus. z ista est
vera. C. Op. j. pro socio. l. de illo. z. l. z ideo. So. aliud
in cōtractibus: aliud in quasi cōtractibus vt hic. Sed
ista non placet: quia idem est iudicium de cōtractibus
z quasi: vt. l. si ex duobus. s. e. Sic ergo q. ibi lucruz nō
compensatur cum dño emergente ex culpa gestoruz:
sed compensaretur cum dño ex casu emergente. z ita
hic loquitur. z ista vera. Ultimo glo. super verbo inso-
lutum in fine. inducit hanc. l. in arg. ad questionem de
equo dimisso in pascuis. Ista questionē format Ly.
de epi. au. l. nemo. in vlti. q. Quidam vicunt q. licz dñs
cōsueuerat dimittere qui potest esse negligens in reb-
suis: tamē alius nō potest hoc facere. arg. j. solu. ma. l.
si constante. §. si maritus. Tu dicas hic aduertendum
esse vtrum istud dimittere cadat in culpam vel non. Si
enim in culpam nō caderet: quia diligens paterfamil.
hoc fecisset nō tenetur: als secus. C. Ultimo q. in cō-
putatione lucri z dñi vtrum debeat inspici finis tēpo-
ris totius administrationis an vero de anno in annum.
z videtur totius administrationis: q. p. certo tempore
est vna administratio: vt. l. pompo. j. eo. In cōtrarium
q. de anno in annum: videtur casus hic.

¶ Successori. Qui succedit ex. l. cornelia
vel p. occupatiōez peculij
habet hanc actionem in qua veniunt oīa que cōsiderā-
tur in gestione bonoz viuentis. b. d.

¶ Debitor. Gestor nō tenetur de casu
nisi pcedat culpa. Est autē
culpa retinere pecuniam debitā creditoribus
si eaz habet solutioni paratam. b. d.

¶ Filius. Hec actio datur de peculio
z de in rem verso. b. d.

Ex. l. sequenti.

**¶ Pupillus nō tenetur actione neg. gesto. nisi quātū
est effectus locupletior. Et seruus factus liber: filiuffa.
facti sui iuris nō tenetur ex ante gestis: nisi in quātum
facti sunt locupletiores z vna gestio vel plures distin-
guitur fm̄ animū gerētis qd̄ facit ad. q. q. tenens mari-
tatem per plures menses nō cōmittat plura adulteria
nec tenens vnā pos. alicuius cōmittat plura delicta nec
q. ludens ad azardum pluries vincēdo z amittēdo eā-
dem pecuniā cōmittat plura delicta.**

¶ Imponius. Nota. l. est z bre-
uiter hoc intendit.

**¶ Ubi ex parte domini mutatur cōditio quātū
ad actionē dandam contra eum inuituz inspiciamus nisi
sub diuersis anis negocia gesta fuerūt. b. d. Vel aliter
Ubi est vnus quasi cōtractus inspiciamus initium vbi
sunt plures cuiusq. per se inuituz inspiciamus. b. d. Pri-
mo ponitur dictū pompo. Secūdo approbatio pauli.
Tertio exceptio. Quarto probatio rā dicti q. exceptio-
nis. secūda ibi: hoc z ego. tertia ibi: nisi ab initio. quar-
ta in. l. sed z cum aliquis. Lex ista legitur per glo. pluri-
bus modis. prima lec. est verior z illā examinabo. post
ea tangam alias. Et glo. ponit casum in terminis. Ad
euidentiā premitto q. pupillus nō tenetur hac actio-
ne nisi in quātum est factus locupletior. Itē q. seruus
factus liber nō tenetur ex ante gesto. Itē q. filiuffamil.
factus sui iuris nō tenet ex ante gesto nisi in quātū est
locupletior. per ti. q. cum eo. C. Mo. inuituz gestio in
spiciendum. Secundo no. q. tota gestio dicitur vnus
quasi cōtractus. Tertio no. q. vna gestio vel plures di-
stinguitur fm̄ diuersitatem animi gerentis. C. Proce-
do in ordine glo. C. Op. j. depositi. l. si apud. Glo. di-
cit ibi cōuenitur tanq. detentor rei. nō actione deposti-
ti. Vel dic verius ibi speciale in actiōe depositi. Secus
in ceteris alijs vt ibi dicit rex. Ista vera. Vel dic quātū
ad legem istam hic mutatur cōditio domini negocio-
rum: ibi cōditio serui depositarij qui quodāmodo pōt
dici gestor circa rem depositam. C. Op. secundo. j. de
admi. tuto. l. tutorē qui tutelam. So. glo. q. ibi mutat
cōditio gerentis. hic mutatur cōditio domini cuius
negocia geruntur. Ista est bona ad prin. istius. l. sed ē
contra ver. idē euenit in ea. l. Sed statim solua. C. Op.
po. j. de tuto. z ra. distra. l. si filius. Sol. eodem modo
ibi mutatur cōditio gestoria. hic cōditio domini. cu-
ius negocia geruntur. de mutatione cōditionis gestor-
is videbitis statim in. l. cum actum. z. l. se. j. e. C. Con-
tra predictam solutionem videtur. d. l. tutorez. ver. idē
euenit. j. de admi. tuto. multum vrget ille ver. Tamē
dicas q. ibi loquitur in gestore de necessitate. hic in ge-
store spontaneo. C. Pro cuius declaratione aduerte
vt intelligas rationē huius legis qñ ego accedo spon-
te ad gerendū negocia tua z habeo animū gerēdi oīa.
tunc ego habeo voluntatē vt tu mibi obligeris fm̄ eaz
conditionem in qua tu es. licet igitur postea contingat
mutatio in persona tua hoc non debet mibi prodesse.
Sic enim videor voluisse ab initio: ita loquitur ista lex.
Sed quando contingit mutatio in persona mei gestor-
is qui gerebam negocia tui absentis: hoc non debet
nocere tibi absentis: quia ab initio nihil de hoc putasti
seu cogitasti. Et ideo fm̄ varietatem tempoz variatur
actio contra gestorem: vt. j. e. l. cum actum. Et hoc in
gestore voluntario. Sed in gestore necessario cessat di-
cta ratio: quia ab initio non habuit animum z volunta-
tes: vt sic obligaret. immo lex eum in inuitio obligabat.
Ideo varietas temporuz inspiciatur ex vtraq. parte: vt**

a C. Te autē.
vtic erat. vi
de ad pban-
dum vtiliter
gestisse. fallit
tñ in minori
l. ij. z ibi bar-
to. C. co.
b In nego-
cia. te-
netur z
vid. l. si duo
ruz. z quod
ibi bar. j. de
ac. emp.
c Cōtradi-
cat sibi. vide
glo. z bal. in
letiam. Co-
man.

.d.l. tutorem. **C**ontra istud op. j. p. socio. l. si id. §. si filius. Dicit glo. ibi erant duo socij. z sic ibi vterqz dñs z gestor. Vel aliud in contractu vt ibi. Aliud in quasi contractu vt hic. Ista diuersitas inter cōtractū z quasi re probatur in glo. in. l. si negocia. §. e. Pro quo. j. e. l. eū actum. Glo. in contrario soluit alijs modis. Tu dic ibi administratio fiebat ex voluntate vtriusqz vt ibi patet. hic alterius tm̄. Ratio quia quando ex vtriusqz voluntate fit cessant rationes predicte z videntur inuicem cōsentire fm̄ qualitatem iminentem in tempore. z ideo p̄ declaratione huius materie dic duo verba. Aut conditio mutatur ex parte gestoris z dic vt. j. e. l. cum actum. Aut ex parte domini. z tunc aut fuit vnus quasi contractus: qz fuit vnus animus aut plures. Si vnus aut loquimur in gestore necessario. z inspicitur cōditio domini fm̄ temporum varietatem: vt. d. l. tutorem: vt. id. de admini. tuto. Aut in gestore voluntario: z tūc aut per seuerantia in gestione fit de voluntate vtriusqz partis z idem: vt. l. si id. §. si filius. j. pro socio. Aut ex voluntate vnus: z tunc aut loquimur de actione danda gestorī contra dominum: z inspicimus initium vt hic aut de actione danda domino cōtra gestorem: z variatur fm̄ varietatem temporū. argu. l. ticia. §. vsuras. j. de leg. ij. Secundo casu quando sunt plures quasi contractus. inspicimus initium cuiuslibet vt hic in fine. facit. l. senatus. in. si. j. de dona. cau. mor. In quolibet tamē quasi contractu si contingeret mutatio personarū esset adhibenda distinctio quaz supra proxime feci. Habes expeditam istam primā lec. **C**Et intrem alias lec. que ponuntur iu glo. oppo. qz fm̄ hoc occurrit iniquitas in p̄sona serui: vt in glo. Dicebat Hugo de porta rauēna. imputet sibi qui gessit. Sed hoc est falsum: quia forte ignorauit. dicit gl. ideo vt cesset iniquitas. Jo. legit alio modo. f. qz tam in initio qz in fine inspicatur initium cuiuslibet temporis etiam emergentis in vna gestione. Et si dicis quomodo iurisconsultus excipit a dicto pompo. Respondeo quia in dicto pomponij est vna actio tm̄. tamē in condēnatione fit vna variatio fm̄ tēpora. Sed quando contingit variatio in animo gestoris sunt plures actiones z ideo solum in pluralitate actionum contingit variatio. z sunt plura no. in effectu tenendo lec. Jo. **Q**uero vtrum gesta sint negocia serui si factus est liber contra quem datur actio. Respōdeo dicunt qz dā contra seruū datur in totum pro omni tempore: licet primo daretur in dominū: quia ista actio est ambulatoria. sicut alie multe. Alij dicunt qz pro primo tēpore dabitur in dominū. pro secūdo in seruū factum liberum. Verum quia ista lec. non tangit nisi tantum quādo sunt gesta negocia serui. z tex. facit mentionem etiā de pupillo z filiofa. Ideo tertij tenent istam eandē lec. Tamē magis generaliter: vt i. glo. ibi tertij dicit zc. Tu teneas lec. primā que fuit Ho. Ad iniquitatem cōtingentem in persona serui de qua opponitur. respondetur qz dominus tenetur pro vtroqz tempore. Et imputet sibi dominus cur peculū non retinuit: vt in glo. Et si dicis potuit eē qz gestio durauit post anū. Respōdeo adhuc dabitur actio de peculio. Posses etiam dicere qz si seruus esset manumissus directo in testamēto z peculium sibi legatū qz ipse seruus teneretur p̄ omni tempore: vt. l. ij. §. per contrariū. de do. prele. Et sic habes ex hac. l. notare. qz licet gessissem negocia tua p̄ plura tempora: vnus quasi cōtractus est: nisi pbaretur varietas animi: vt. §. dixi. Istud facit ad multa. Si enim tenui vnā possessionem tuam vel vnā terram contra vnā ciuitatem per plures annos. vnum delictum est nō plura. Item si tu lusi ad azardum z in eodem ludo plures vicisti: z perdidisti totus ille dicitur vnus ludus: quia eodem animo accessisti. Sed si post perditā pecuniam extractam nouam pecuniam extraxisti z de nouo lusi. tūc essent plures ludi vt hic. Et sic facit ad multa alia de quibus dixi in. l. si quis inficiando. §. in-

fans. j. de furtis. **C**Secundo no. qz vnus contractus vel quasi vnā p̄ducit actionē: plures cōtractus plures vt hic. Quod declarat expresse in secunda lec. Jo. z sic ex cōtractu emptionis vna sola est actio ex empto: que competit vt res tradatur z de euictione p̄mittatur z de interesse si res est euicta z similia. **C**Sed contra predicta op. actio semel nata iterum nō nascitur: vt. l. si duo. j. de arbi. z. l. si quis ita stipulat. z. l. si sic. j. de ver. obli. So. fateor qz ab initio nascitur: sed crescit ad multiplicationem actū qui sunt in ipsa gestione. z hoc est quod dicit tex. in seip̄sa reuoluitur in. l. non quasi. §. illud. j. rem pupilli sal. fore. **Q**uero pro declaratione huius legis quid est hoc dictum quod dicitur in si. pro qualitate personarū actio formatur z libellus z condēnatio moderatur z sententia. Dicunt quidam qz condēnatio debet proferri fm̄ libellum. p̄ quo. l. vt fundus cōmuni diui. z. C. de fideicō. liber. l. h. Glo. prima magna circa prin. exponit aliter. videlicet vt id quod dicit pro qualitate personarum actio formatur referatur ad seruū. q. d. cōtra dominū debet agere non contra seruū. Et illud qz condēnatio moderatur referatur ad adultum z filiumfamil. factum sui iuris vt primus non condemnatur nisi quatenus est locupletior. secundus non condemnatur nisi in quantum facere potest. **C**Sz quero quid in delictis. vtrum inspicatur initium. Lete in persona serui dic vt in glo. In liberis hominibus dic vt habuisti in. l. h. §. si ex noxa. ca. agat z dixi in. l. i. j. de penis.

Ex l. sequenti.

CSeruus factus liber nō tenetur de ante gesto nisi in casibus de quibus in glo. Et que dicantur negocia separata z que cōnexa: ibi. Quero. Et qualiter possit cōstare de diuersitate animi in gestione. Et si probatum sit qz aliquis gessit negocia in seruitute z in libertate sz nō apparet de tēpore debet sequi absolutio.

Um actum.

Ubi mutatur conditio gestoris de suo in liberum in negocijs separatis premium nō prestatur. in negocijs connexis si agitur vt ex causa veniunt separanda si vt ex occasione agatur veniunt prestanda. h. d. cuz. l. se. z se. vsqz ad. §. si libero. Et primo ponitur dictum. Secundo exceptio. Tertio exempluz dicti. Quarto declaratio quedaz circa predicta. Quinto quedam alia declaratio circa exceptionem p̄positā. Secunda ibi plane. Tertia ibi deniqz. Quarta ibi proculus. Quinta in. l. at qui natura. §. sceuola. Et continuatio ad sup̄iora patz: qz supra locut' fuit iuriscōsul' qñ p̄tingit mutatio in p̄sona dñi. hic qñ fit mutatio i p̄sona gestoris. **C**No. qz suus fact' liber nō tenet ex ante gesto. Secūdo no. qz ratione cōnexitatis venit in iudicio illud qd alias non veniret. **C**Tertio no. qz separata ante gesta nullo modo in iudicium veniunt. **C**Ad primū no. op. de. §. omnes. in. si. de nox. So. ibi de obligatione ex delicto hic ex contractu vel quasi. **C**Itēz oppo. de. l. i. in. si. j. de noxa. Solu. vt ibi. **C**Item oppo. de. l. p̄misse. C. an seruus ex suo facto. So. glo. regulariter non tenetur factus liber ex ante gesto. Fallit in casibus notatis h̄ in glo. ij. huius legis quos vide. **Q**uero quando dicantur negocia separata z quādo connexa. Respō. potest dici negocium separabile trib' modis. Vno modo dicitur separabile quo ad diuersitatem quasi contractus: z in hac separatione inspicitur animus gestoris: vt. §. l. proxi. z alio modo quo ad separationem reddende rationis: z tūc dicitur negociū separabile qd est circa diuersas res. si circa vnā dicitur inseparabile. Tertio modo dicitur separabile quo ad condēnationem. z tunc est omne negocium separabile per subtilitatem iudicis: vt. l. at qui natura. §. sceuola. j. eo. **C**Sed quero cum de separatione que fit ex diuersitate rerum constat de facili vt dictum est: qualiter constabit de diuersitate animi de qua dictū est. §. l.

proxi. Rñ. primo ex protestatiōe vel ex dictis testium. ar. l. nēsenius. j. e. secundo ex causa. Quid enim si incepti gerere negocia alicuius absentis: & postea cū ille reuertetur est infirmatus. & sic perseveraui in gestione in qua ipse me substituit. certe videtur quasi nouus contractus. arg. j. mā dati. l. qui mutuā. §. non iccirco. C. Item quero quid si in iudicio probatum est q̄ gessi negocia in seruitute & in libertate nō tamen apparet distictē quo tempore. Lerte dicit glo. sequitur absolutio. Quam glo. nō multum quia milles eam allegaui etiam ad multa. pro qua glo. videtur casus in. l. nō solus. §. sed vt probari. j. de ope. nō. nū. & ibi dixi. & C. de pba. l. matrē. & de rescript. .c. fi. in fi. in clemē. Glo. tamen hic in fi. assignat quedam argumenta cōtraria & nō soluit. Ad. l. si spōsus. §. & generaliter. Bic q̄ ibi loquitur in duobus quoꝝ vnus liberatio est causa alterius vt in duobus reis. Unde quomodocūq̄ sit est fundata intentio agentis. Ad. l. sed interdus. j. de aqua plu. arcen. dic ibi fuit culpa immiscētis: quare &c.

Proculus. C. Opp. & videt q̄ hec lex cōtradicat precedenti qd̄ quidam fatent qd̄ est falsum: imo declarat precedentia. Supra enī agitur ex ante gesto: vt ex causa quasi gestio illa sit causa condēnationis. hic. in. l. proculus. agit vt ex occasione. Nam ex eo qd̄ erat debitū in seruitute debuit a se exigere: & ideo modo cōuenit quia a se nō egerit. Et ex hoc colligitur modus formandi libellum. Sed quero vtruz hoc qd̄ dicit proculus habeat locum in negocijs cōnexis an in separatis. Respondeo si essent negocia separata omnino: ita q̄ essent diuersi quasi cōtractus tunc nō haberet locum dictuz proculi. Nō enī tenet a se exigere qd̄ ex illa gestione debitū non erat. Et hoc est qd̄ dicit tex. in. l. at qui natura. ibi in eodem actu perseveras. & hoc ibi tenet glo. Sed si vnum est negocium hoc est vna administratio. tunc siue sit separata ppter diuersitatem rerū siue non habet locum dictū proculi. Sed pro declaratiōe huius legis quero quomodo adaptatur exemplum de prescriptiōe qd̄ ponitur in prin. l. at qui natura. ad precedentia. dicit in glo. fi. l. proculus. Quero fm glo. in. l. at qui natura. super verbo appareat de vna questione quā vide. & ad de super glo. ibi dum allegat. l. diuortio. vbi licet fructus semel colligatur diuidit̄ pro rata tēporis quo durauit matrimoniu. Ita in proposito licz dies promisse pecunie semel cedat. tamen diuidetur pro rata totius temporis quo durauit in seruitute & in libertate. p quo videtur tex. expressus in. l. seruus cōmunis meui & castrensis peculij. §. fi. j. de stip. ser.

Qui natura.

Si libero. Necessitas vera vel putatiua impedit actionē mā dati mō autem negociorū gestoruz. h. d. facit qd̄ habuistis in. l. iij. §. hac actione. §. eo.

Ex §. sequenti. C. An dominiū rei p̄bet per famaz. Et emptor nō cogitur rñdere positionibus cōtra euz factis de dominio euicētis. Et si emptor vt fideiussor & similes metu pene omittāt opponere aliquas exceptiōes nō potest eis imputari. Et sicut fideiussori ita nec emptori potest imputari si nō opponitur exceptio declinatoria cōtra personā iudicis. Et statim agi potest exceptio cū venditor rem alienam scienter vendidit nec expectatur q̄

res sit petita & restituta per sententiam.

Sum me absente.

